



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitatio Ethica De Virtute Heroica Et Semivirtutibus

**Weiss, Johann
Schmoll, Wilhelm Bernhard**

Giessæ Hassorvm, 1664

III. Virtus heroica est omnium virtutum moralium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35917

vare; sed necessitate ⁵ *hypotheticâ*, quat. Deo placuit, per viros hac virtute exornatos, salutem suorum promoveres & à malis imminentibus liberare. Th. Sagitt. exerc. eth. exot. 16. th. 1. p. 390. Christ. Prætor. Ethic. *aggr.* cap. 15. quæst. 1. p. 459.

II. *Virtus heroica est divina.* 7. *Ethic. Nic. c. 1. l. 2. Magn. Mor. c. 6. & 6. Eudem. c. 1.*

Non ratione *subjecti*, quasi Deo secundum illud materiale, quod habet, prout datur in homine, propria fit; sed partim ratione *cause*, quia peculiari instinctu divino comparatur, (de quo ax. 6.) partim ratione *eminentiæ & similitudinis*, quia hominem supra communem illius consuetudinem evehens, Deo, quantum per humanam conditionem licet, similem reddit. Acciaj. comm. in lib. 7. Eth. c. 1. p. 562. Joh. Magir. comm. in Arist. Ethic. lib. 7. c. 1. p. 640. Henr. Nic. Gymn. Eth. exerc. 14. th. 15.

III. *Virtus heroica est omnium virtutum moralium.*

Non autem solum est (1) virtutum *moralium*, sed & *intellectualium*, quamvis *potissimum* sit moralium; & quidem (2) non sine discrimine, sed additâ hac limitatione, ut *primario* sit earum, quarum major difficultas, dignitas & necessitas; *secundario* reliquarum. Piccol. phil. de mor. grad. 6 cap. 4 p. 535 seqq. Heider. phil. mor. part. 2. quæst. 3. p. 411. Thom. Sagitt. exerc. Eth. exot. 16. th. 2. p. 395. seq. Casp. Barthol. enchir. Ethic. part. gen. cap. 9. Hawenreut. in quæst. Ethic. th. 90.

IV. *Virtus heroica & communis differunt.*

Non *specie*, ita enim circa idem versantur objectum